

quod haec quidem a definitione. illa uero a genere uel alia
ueniant ab aliis locis. & hinc iure differre haecque earum
differentiae esse dicuntur.

THEMESTI LOCI DILECTICI EXPLICIT

NUNC AD RETHORICOS UENIAMUS

Marcitullii diuisio locorum rethororum ex ipso uel
a toto uel a partium enumeratione uel a notatione uel
ab his qui sunt affecta ad ea de quibus quaeritur uel a coniu-
gatis uel a genere uel a forma uel a similitudine uel a dif-
ferentia uel a contraria uel a adiunctis uel a abante ceden-
tibus uel a consequentibus uel a repugnantibus uel ab
efficientibus uel a effectis uel a comparatione maioris
uel a comparatione minoris uel a comparatione parium.

DE RETHORICA

Rethorica oratio habet partes sex prooemium quod exordi-
um est narrationem partem confirmationem
reprehensionem perorationem. Quae partes in instru-
ta rethorice facultatis quae in rethorica in omnibus suis speciebus
habetur. eisdem ea quae peragunt administrabunt. itaque
& iudiciali genere causarum necessarium est ordo prohemii
& narrationis atque ceterorum & inde monstratio uel delibera-
tio quoque necessaria sunt. Opus autem rethorice facultatis